

Ecclesie militabit, habile ad usus, in quibus membra communi-  
cant, & tenetur vitare scandalum proximi. De peccato autem veni-  
tiali non oportet debitare, quia de illo non est necessitas penitentie;  
verumtamen auctoritas quorundam de Ecclesiasticis dogmatibus 22.  
que ponitur in litera *dist. 22.* videtur facere mentionem de peccato  
veniali. Ait enim, *licet quis peccato mordetur, si peccandi de  
extero non habet voluntatem, & satisfaciat lacrymis, & ora-  
tionibus accedat securus: & hoc dico de illo quem mortalia peccata  
non gravant:* ergo videtur quod non potest aliquis securus accede-  
re, nisi qui sit sine voluntate peccandi venialiter, & de peccatis  
satisfecerit lacrymis, & orationibus. Respondendo, potest intelligi  
de mortali peccato, non quod jam inest neque preterito, sine om-  
ni penitentie, sed iam confesso, & mordetur, quia non complete  
satisfecit: & tunc intelligitur de peccato mortali: & tunc quod se-  
quitur, *quem peccata mortalia non gravant*, supplet, in actu, vel  
preterita, sine penitentie sequente.

Ad primam argumentum dico, quod faciens modo debito illud,  
quod tenetur, non peccat. Ad minorem dico, quod nullus tenetur  
communicare in peccato mortali, Extra *ead. cap. Omnis viri usque  
sexu, &c.*

Ad primam probationem dico, quod sicut tenetur semel commu-  
nicare, ita tenetur laborare, ut sit extra peccatum mortale per peni-  
tentiam extra *ead. cap.* Ad secundam dico, quod Sacerdos priusquam  
consecratur, tenetur laborare, ut sit extra peccatum mortale: si au-  
tem contingat, quod post consecrationem, ante tamen communica-  
tionem, occurrat sibi memoria peccati mortalis, olim commissi de  
quo non precessit penitentie interior, vel exterior; tenetur tunc  
habere penitentiam interioriorem antequam percipiat, & diserte peni-  
tentiam exterioriorem, donec occurrat opportunitas confitendi. Ad  
argumentum secundum dico, quod illud preceptum de semel confi-  
tendo est minimum, in quo debent fideles recipere Sacramentum Peni-  
tentie; sed in multis aliis casibus specialibus tenentur ad peniten-  
tiam exterioriorem; ut graviter infirmus, de quo desperatur, vel ac-  
ceptans solum, in quo verisimile est secundum humanum iudicium,  
quod exponit se periculo mortis, sicut in bello mortali, *le etiam*,  
speciali lege tenetur Sacerdos, antequam exerceat istum actum ad  
penitentiam exterioriorem. Et si dicas quia lege? Dico, quod illa le-  
ge Apostoli; que ponitur. *1. Cor. 11. Probet seipsum homo &c.*

## DISTINCTIO X.

**H**ic incipit distinctio decima, in qua magister excludit errorem  
quorundam de re huius Sacramenti, qui scilicet negabant verum  
corpus Christi in Eucharistia contineri. Hoc dividitur in tres partes.  
Primo ponit errorem. Secundo ejus affirmationem. Tertio ejus im-  
probationem. Secunda ibi: (*Qui errant in confessionem*). Tertia ibi:  
(*Quorum persilium*). Secunda potest dividi, quia primo ponit quan-  
tum

tum auctoritates pro eis: secundo, solvit illas auctoritates ibi: (*Qui  
estlem ratione*): tertio, confirmat suam solutionem ibi: (*Ait enim  
Aug.*) & illa tertia potest dividi, quia primo ponit auctoritatem, quae  
est contra se: secundo ponderat quamdam partem que videtur facere  
dubium, ibi: (*Deinde addit*): tertio respondet ad illud dubium  
ibi: (*Attendant diligenter*).

Quia vero conclusio principalis huius distinctiōis, quod verum  
corpus Christi in Eucharistia realiter continetur, & hoc quidem  
quia prima est de Eucharistia ordine doctrinae, unde specialiter tunc  
i. *quasi dist. 8.* Ideo circa hanc conclusionem de tribus principaliter  
quarta. Primo de possibilitate existentie corporis Christi in Eucha-  
ristia. Secundo de his que convenire possunt corpori Christi in Eucha-  
ristia existenti. Tertio de actione, que convenire potest Christo  
in Eucharistia existenti. Circa primum quatuor tria. Primo, utrum  
possibile sit corpus Christi sub specie panis & vini realiter contineri?  
Secundo, utrum possit esse simul localiter in celo & alibi? Tertio  
utrum possit simul esse in celo localiter, & in alio sacramento?

## QUÆSTIO I.

Utrum sit possibile corpus Christi sub specie panis, & vini reali-  
ter contineri?

**V**idetur quod non, quia sub specie panis non consecrati non con-  
tinetur realiter corpus Christi: ergo neque post consecrationem;  
Antecedens est manifestum. Probatur consequentia, quia species illa  
non se habet aliter in se post consecrationem, quam ante. Et si  
dicas, quod ante est in subiecto, & post non in subiecto.  
Accipio tunc, quod non aliter se habet in habitudine ad  
corpus Christi post consecrationem; quia *sum esse* in subiecto, vel non  
*esse* in subiecto, nullo modo variat illam habitudinem: impossibile  
est autem aliquid esse, ubi prius non fuit, nisi vel illud mutetur, vel  
ipsum, in quo est de novo; ergo eum species panis non mutetur in  
habitudine ad Corpus Christi, necesse est Corpus Christi mutari in  
habitudine ad species, ad hoc quod fit ibi de novo. Sed hoc est falsum,  
quia Corpus Christi immutabiliter manet in celo secundum illud  
Augusti. de *consec. dist. 2.* Prima hæresis, *Donec fiatatur sacrum,  
sursum est Dominus*. Secundo sic, aut Corpus Christi sub illa specie  
est quantum, aut non quantum; non potest esse non quantum, quia  
cum fit quantum in celo, se simul esse quantum & non quantum.  
Nec potest ibi esse quantum, quia quantum non potest separari a mo-  
do quantitativo, sicut nec subiectum a sua propria passione, quia ma-  
xime propriis passio quantum videtur esse modus quantitativus; ergo est  
fit ibi modo quantitativo & hoc est falsum, quia hoc modo majus  
non potest esse in minore. Tertio sic, quia aut in Eucharistia est pars  
Corporis Christi extra partem, aut non. Si sic, ergo non essent om-  
nes partes simul vel eadem parte hostie: & universaliter eas partes  
sunt extra se inuicem, sicut fit quantum est simul cum alio quantum,

pari videtur esse eum parte, & totum cum toto: si autem non sit ibi pars extra partem, ergo non est ibi quantum. Contra, Matth. 26. dicit Christus. *Hoc est corpus meum*, & Joan. 6. *Cara mea vere est cibus*, & auctoritates multæ Augusti, & Ambri. ponuntur de *consuetudinibus*. 2. valde expresse, quarum aliquas adducit Magister in litera, & inspiculantur ibidem.

Hic duo sunt declaranda sicut circa alia credibilia. Primo, quid tenendum est, & propter quam auctoritatem. Secundo, declarandum est qualiter illud est possibile quod creditur. De primo, dico quod Corpus Christi esse ibi vere realiter est simpliciter de substantia fidei; eo modo, quo veritas alicujus Sacramenti pertinet ad articulos fidei; ista enim veritas a principio fuit expresse tradita, ex quo Eucharistia fuit instituta, Fundamentum autem auctoritatis est Matth. 26. & Luc. 22. ubi in cena ait Christus: *Hoc est corpus meum*. *Hic est sanguis meus*. Et si heretici vellent ista exponere dicendo quod sint figurative dicta, sicut illud quod ait Joan. 15. *Ego sum vitis vera*, & illud 1. Corin. 10. *Petra autem erat Christus*, istud omnino est contra intentionem Salvatoris, quod patet ex Augusti. 83. questionum questio 69. *Solet circumstantia Scripturarum illuminare sententiam*: universaliter enim intellectus verborum Christi, an loquatur figurative, an non, colligi potest ex præcedentibus, vel consequentibus ibidem, vel ex aliis Scripturæ locis: unde cum Christus ait: *Ego sum vitis vera*, subiunxit, & *vos palmites*. Constat autem quod discipuli non erant palmites naturales, sed tantum figurales. Sed cum dicit Luc. 22. *Hoc est corpus meum*, subdit, *quod pro vobis traditur*. Cum etiam dixisset *Hic est calix sanguinis mei*, subdit *qui pro vobis fundetur*: hoc etiam manifeste patet ex alio loco Scripturæ, scilicet Jo. 6. ubi est diffusa prædicatio de isto Sacramento. Et si dicas, quod Christus videns aliquos abijisse propter predicationem suam de Eucharistia postea exposuit se dicens, *Spiritus est qui vivificat, caro non prodest quæ dicitur Verba quæ locutus sum vobis Spiritus est vita sua*. Quod prædicans Augusti. de consecr. dist. 2. Prima heretici, ait: *Non hoc corpus, quod videtis, manducaturus estis, nec sanguinem effundendum, Sacramentum aliquod vobis commendavi, spiritus autem intellectum vivificabit vobis*: ergo ex verbis Christi & Augusti. Videtur quod non intellexit de corpore suo, nisi figurative. Dico, quod Magister respondens in litera huic auctoritati & bene, quod nec Christus, nec Augusti. exponens, vult negare veritatem corporis Christi; sed quod non est in Sacramento corpus Christi, sic carnaliter, sicut ipsi intellexerunt, qui abierunt retro, scilicet vivibiliter in forma propria; sed per oppositum ad istum modum intelligendi, est ibi spiritaliter, & intellectualiter, & hoc est quod dicit Augustinus & Magister adducit, & est de consecr. dist. 2. *Ipsium quidem, & non ipsum corpus, quod videbatur, manducatur, ipsum invisibiliter, non ipsum vivibiliter*. Isto etiam modo de Eucharistia diffuse prætractatur a Paulo 1. Corin. 11. Sancti etiam omnes postea Catholici exponentes ista loca Scripturarum, & verba hujus Scripturæ dicunt esse intel-

telligenda de reali præsentia corporis Christi, non figurative. Unde est simpliciter heretici hodie sentite, quod non sit ibi realiter verum Corpus Christi. Hoc de primo.

De secundo, Multa videtur hic impossibilia implicari, scilicet sequendo principia Philosophorum. Unum est, quod quantum sit simul cum quantum, vel quod substantia corporis sit hic sine quantitate sua. Secundum est, quod majus quantum sit simul cum minori quantum, vel in loco æquali. Tertium est, quod inest hic esse Corpus Christi, & tamen sine motu & mutatione proprie dicta, quia non ponitur deserere suam ubi in celo. Quartum, quod idem quantum sit simul in diversis locis realiter. Possibilitas autem omnium istorum non est hic declaranda, quia nimia esset prolixitas. Quod enim hic non sit substantia sine quantitate sua dicitur 2. art. *Ipsi dist. 9. 1.* Qualiter autem quantum possit esse simul cum quantum, magis evidens difficultas est de quantis habentibus modum quantitativo, quam quando alterum vel ambo sunt sine modo quantitativo (a). Ideo ista difficultas tangitur in materia de corporibus gloriosis, in questionibus de subtilitate corporis. Ultimum autem quod idem simul sit in diversis locis, declarabitur in questionibus duabus sequentibus. Restant ergo pro ista questione duo declaranda, scilicet quod sit possibile Corpus Christi incipere esse sine sui mutatione locali in altari. Secundo (b) quomodo sit possibile Corpus Christi esse quantum sine modo quantitativo. De primo dicitur communiter, quod hoc est propter mutationem altaris in ipsum, puta propter conversionem panis in Corpus Christi, & ideo non oportet ipsum corpus in se mutari, sufficit enim quod aliud mutetur in ipsum, ad hoc quod incipiat corpus ibi præsentialiter esse: sicut enim naturaliter genium est ubi tunc prius corruptum, & non propter aliquam loci mutationem propriam ipsius geniti; ita videtur quod illud in quod convertitur est aliquid per conversionem, sit ubi convertitur prius tunc, non per mutationem loci propriam ipsius terminii ad quem conversionis, sed solum termini a quo.

Contra, suppono secundum eam, quod transubstantiatio est mutatio substantialis, eo modo quo conceditur esse mutatio. Ex hoc sequitur, quod habet pro se se termino ad quem, substantiam; per nullam autem mutationem habetur per se illud, quod est posterius sui per se termino, sed solum per illam mutationem habetur per se terminus; sed hujusmodi præsentia est posterius simpliciter substantia Corporis Christi, quæ substantia terminat, manifestum est. Non enim est hujusmodi præsentia prior essentialiter, quia substantia corporis potest esse sine hujusmodi præsentia: nec simul natura, quia tunc non posset ista præsentia destrui, nisi destrueretur substantia, quod tallum est: igitur præsentia Corporis Christi non habetur per se per illam mutationem, quæ est conversio, vel transubstantiatio, sed

N 3

a. *Ibid. di. 49. q. 6. & in quali. q. 10.* b. *D. Tho. præsentia*  
*q. 9. 1. sol. ad quartum. Idem tenet Par. q. 3.*

sed solum substantia Corporis Christi, quæ non est sua presentia. Hæc ratio potest formari alio modo, ponendo pro posteritate alienatæ, sic: per nullam mutationem per se habetur illud quod est per se aliud a per se terminos. Hujusmodi presentia est simpliciter aliud a substantia, quæ est per se terminus transsubstantiationis; ergo Sec. Major patet, quia unius mutationis per se est unus per se terminus, & ita quicquid est per se aliud ab illo termino, licet sit per accidens idem cum eo, non habet esse per illum mutationem. Minor patet, quia hujusmodi presentia non est substantia panis, manifestum est: quia quando ipsa est, substantia panis non est, nec ista presentia est substantia Corporis Christi, quia hujus substantia fuit quando presentis non fuit. Secundo sic, Deus potest facere corpus suum præfens cum pane, manente substantia panis, & tunc non erit per aliquam mutationem, quæ sit ad substantiam, ut per se terminus: & tamen per istam acquireretur presentia ejusdem rationis cum illa quæ tunc habetur: ergo oportet, quod per mutationem ejusdem rationis: ergo per aliam fieret, quam per mutationem substantialem. Probatio majoris, quia ad novitatem posterioris non sequitur novitas prioris: patet 8. *Phys.* ubi vult Philosophus, quod in celo potest esse motus secundum *ubi*, licet non possit ibi esse aliqua novitas secundum formam absolutam, (cujus ratio est, quia *ubi* est quidam respectus extrinsecus adveniens, & non forma absoluta,) sed presentia ista posterior est substantia panis, sicut respectus absolutus, & maxime substantia; ergo sine mutatione aliqua circa substantiam panis, potest esse nova presentia corporis ad panem: ergo oportet dare aliquam mutationem ad hujusmodi presentiam, quæ non sit substantialis, & per consequens in proposito per transsubstantiationem non habetur ista presentia, quia terminus ejusdem rationis, cuiusmodi est presentia, non proprie, & per se est terminus duarum mutationum distinctarum secundum genus. Et si dicas, potest esse præfens cum substantia panis sine mutatione substantiale, tamen sit nunc præfens per substantialem mutationem panis in Corpus Christi, & non per aliam. Contra. In Corpus Christi prius factam præfens panis, potest Deus convertere panem, non enim est magis contradictio hic, quam quod modo convertatur in corpus, non prius præfens; ergo per talem conversionem tunc factam in corpus præfens speciei panis, non fieret præfens ibi: vel oporteret dicere, quod fieret præfens, postquam fuit præfens, & quod eadem præfens in terminatæ duas mutationes dictas. Tertio sic. Quod convertitur in aliquid præfens, magis acquirit conditiones ejus, quam e converso: patet: Si enim nutrimentum convertatur in carnem, magis animatur anima carnis, quam caro inormetur forma ejus, & universalius acquirit conditiones absolutas, & *ubi*, & alias respectivas carnis magis, quam e converso: ergo ex sola conversione panis in Corpus Christi præfens, magis acquirit panis convertus presentiam in celo, quam Corpus Christi presentiam speciei panis in altari. Quarto sic, Deus potest convertere panem

nem

nem in Corpus Christi, ut habens esse in celo: quia non est ibi major contradictio, quam in conversione, quæ nunc ponitur; sed tunc non habereetur Corpus Christi sub specie panis ex ipsa conversione: ergo nec nunc. Quinto sic, si panis quantum converteretur in Corpus Christi quantum, ita quod quantitas in quantitatem, & substantia in substantiam, Corpus Christi quantum non habet illud *ubi* circumscriptive, quod fuit ipsius panis circumscriptive; ergo ex conversione substantie in substantiam, substantia Corporis Christi non habet illud *ubi* definitive, quod est substantie panis definitive. Antecedens est manifestum, quia non potest illud quantum scilicet Corpus Christi esse circumscriptive in loco panis, cum ut major panis. Consequencia probatur, quia sicut substantia & substantia, quæ subsunt quantitati se habent ad locum circumscriptive: ita substantia quantitas, & substantia quanta se habent ad locum circumscriptive: ergo quod conversio substantie in substantiam incidit ad esse definitive in loco, hæc conversio substantie quantæ in substantiam quantum incidit ad esse circumscriptive in loco.

Quantum ergo ad istum articulum, non videtur necessarium fugiendum esse ad conversionem panis in Corpus Christi, præcipue cum a principio ex quo res hujus Sacramenti fuit credita, fuit semper creditum, quod Christi Corpus non mutatur de loco suo in celo, ut sit hic: & tamen non fuit in principio ita manifeste creditum de ista conversione, ut dicitur *distinct. 11.* Dico ergo de loco ad locum, & expellitur aliud corpus, commutetur sunt ibi quatuor motus, vel mutationes, & octo termini, duæ scilicet, in corpore expellente, & duæ in expellendo. Nam corpus expellens movetur ab *ubi* suo ad privativam ejus: & illa mutatio quæ est inter terminum a quo positivum, & terminum ad quem privativum, potest dici deperditio prioris *ubi*; idem etiam corpus a carentia secundi *ubi*, movetur ad illud *ubi* secundum, & ita a privatione, ut a termino a quo, ad *ubi*, ut ad terminum ad quem, & illa potest dici acquisitiva *ubi*. Consimiliter sunt duæ mutationes, & quatuor termini circa corpus quod expellitur, cum primum corpus intrat locum ejus.

Si autem movetur aliquod corpus, & non expelleret aliud corpus de loco suo, jam non esset ibi nisi duæ mutationes, & ambæ in ipso corpore moto; una scilicet deperditiva prioris *ubi*; & alia acquisitiva novi *ubi*.

Si vero corpus non recedens a priori *ubi*, fieret in novo *ubi*, ibi esset tantum una mutatio scilicet a privatione novi *ubi*, ad illud novum *ubi*; & hæc acquisitiva: & nulla ibi esset deperditiva, quia non esset a priori *ubi* ad ejus carentiam, quia prius *ubi* non deperditur ex hypothese, licet illud corpus ponatur in *ubi* novo.

Sed si nulla istarum mutationum ponatur, omnino non est intelligibile, quod corpus sit, *ubi* non fuit prius. Nam impossibile est qualiterunque aliquid esse hic realiter, quod prius non fuit hic realiter, quia sit aliqua mutatio realis, vel in isto, vel in illo, cui est præfens

realiter. Nam ullo modo est transitus a contradictorio in contradicto-  
 rium quantum ad aliquod prædicatum reale, quia fit aliqua mutatio  
 realis; quia si nihil mutatur realiter, non est ratio, quare hæc pars  
 contradictoria est magis vera nunc, quam prius, nec quare prius a-  
 lia magis vera, quam illa, & sic tam nunc, quam prius, vel ambo sunt  
 simul vera, vel ambo simul falsa. Ad propositum mutationem de-  
 perditivam illius *ubi* de celo, nullus ponit in Corpore Christi secun-  
 dum Augustin. Intra adductum, *Donec finiatur seculum, servatum*  
*est Dominus*. Et hoc intelligendo regulariter, nisi placeret sibi ex  
 aliqua gratia specialiter localiter descendere, non ponitur fieri propter  
 veritatem Eucharistiae. Oportet tamen ponere ad salvandum real-  
 tem præsentiam Corporis Christi hic, quod in ipso fit aliqua præsentia  
 ad speciem panis, quæ prius non fuit, alioquin non magis esset nunc  
 præsens hic, quam prius. Illa enim mutatio quæ est circa speciem, scilicet  
 quod prius erant in subiecto, nunc autem non sunt in subiecto, nihil  
 facit ad hoc quod Corpus Christi de non præsentem istis, fiat realiter  
 præsens istis, ut supra probatum est; quia illa habet alios terminos  
 per se ab illa, quia non præsens fit præsens: ergo necesse est ponere  
 aliquam mutationem in Corpore Christi acquiritivam illius præsentiae  
 novæ. Quæ tamen non potest dici propria mutatio localis propter  
 titulum. Tum, quia eam non concomitantur aliqua perditiva prioris  
*ubi*, sicut concomitantur est in motu locali, quia ibi terminum positivum  
 a quo, & terminum positivum ad quem, concomitantur duæ  
 privationes, eo modo quo Philosophus dicit, 7. *Phys.* quod motus  
 est a subiecto in subiectum. Tum etiam, quia hic proprie terminus  
 istius mutationis non est *ubi*, quia in termino mutationis huius Cor-  
 poris Christi non habet hic proprie *ubi*, sed terminus est quadam-  
 præsentia simplex ipsi speciei; vera tamen & realis. Terminus autem  
 mutationis localis proprie acceptus est ipsum *ubi*. Et si quærat ad  
 quod genus pertinet hæc mutatio, & terminus istius mutationis?  
 Dico. si Angelus ponitur de novo præsens alicui corpori, dicitur tamen  
 esse in loco determinativo; eo modo quo ibi potest convenire esse in  
 loco; & sic dicitur mutari, licet illa mutatio multum distet a vera  
 mutatione secundum *ubi*. Ad hæc autem quantum ad aliquas condi-  
 tiones præsentia Corporis Christi speciei, magis recedit a vera ratio-  
 ne *ubi*; quia nullo modo per istam præsentiam determinatur sic ad  
 unum *ubi*, quod sibi repugnet aliud. Sed Angelus per unum *ubi* hic  
 determinatur ad illud, ut sibi repugnet aliud.

Et si habeas pro inconvenienti, aliquam mutationem qualemcum-  
 que in Corpore Christi realiter esse, dico quod necesse est ponere  
 saltem aliquem respectum extrinsecum advenientem, qui scilicet non  
 necessario sequatur fundamentum, & terminum posita in actu: quia  
 omnis respectus fit consequens necessario est intrinsecus adveniens, ut  
 ostensum est in q. 2. de caractere contra primam opinionem: ergo  
 respectus potest advenire extrinsecus de novo sine alio quocumque no-  
 vo, vel in fundamento, vel in termino. Sic ergo non est inconve-  
 nientius Corpus Christi esse de novo præsens alicui non habenti noxam

loc.

formam absolutam, nec novum respectum respectu eius, vel si habet  
 sui iudicium novum respectum, pari ratione & Corpore Christi lascebit  
 novum respectum respectu eius: quia si species sunt de novo præfere-  
 re Corpore Christi, & corpus est de novo præfereus eis (et si enim con-  
 comitantia non fit relatio realis mutua, tamen præsentia est relatio mu-  
 tua) non erit tunc inconveniens dicitur in Corpore Christi talem muta-  
 tionem ad respectum extrinsecum advenientem.

Et si obijciat, ad respectum non est mutatio, solum est in qua-  
 sitione de caractere.

Et si omnino arguas, (a) ille respectus extrinsecus adveniens, qui  
 dicitur præsentia simplex, ad quod genus pertinet?

Potest dici quod magis proprie reducitur ad genus *ubi*, inter omnia  
 genera respectuum extrinsecos advenientium, quia in pluribus cum in  
 illo respectu convenit; & si forte non fit proprie in illo genere, sequitur  
 quod decem genera non sufficienter evacuantur totum ens; quo  
 non est inconveniens eo modo quo Philosophi loquuntur de rationibus  
 totum, quia non repugnat sub ente inveniri aliquem respectum, puta  
 Angeli ad lapidem, qui non habet aliquam rationem respectus in  
 genere, ut ipsi loquuntur, non tamen sequitur ex hoc plura generet  
 esse, quam decem, sed quod rationes eorum, vel ratio alicuius eor-  
 um non assignatur sub ratione communi, sicut potest assignari.

De secundo dicitur (b) quod quantitas Corporis Christi non est sub  
 specie panis, nisi concomitans; quia primus terminus conversionis  
 est substantia Corporis Christi, & quidquid est ibi, est ibi eo modo  
 quo illa terminat conversionem; ergo quantitas erit ibi per modum  
 primi termini: primus autem terminus qui est substantia non habet  
 modum quantitativum; seu commensurativum; ergo quantitas exis-  
 tens ibi sub ratione eius, vel sub modo eius; id est, substantia; erit  
 ibi modo non quantitativo. Contra, unumquodque sive sit primus  
 terminus transubstantiationis, sive secundus, si tamen est ibi, habet  
 proprietates suas, quæ sibi necessario & naturaliter conveniunt: quod  
 probatur exemplo, quia si Deus crearet substantiam quantum, vel  
 natura generet substantiam, & concomiter quantitas, utriusque  
 productionis terminus primus est substantia, & quantitas concomitans;  
 & tamen tam in generato, quam in creato quantitas habet suum mo-  
 dum realism, sicut haberet si primo terminaret aliquam mutationem.  
 Et hoc probatur per rationem, quia alia, & alia habitu ad agens  
 non variat naturam rei, hoc est prima vel secunda, mediata, vel  
 immediata, dum tamen producat: quia habitu ad aliud agens  
 non variat naturam rei acta, secundum Augustin. 3. de Trinit. ergo  
 nec carebit quantitas suo modo naturali propter hoc tantum, quia  
 non est primus terminus transubstantiationis; dum tamen fit ibi realiter,  
 sive primo, sive secundo per illam mutationem. Secundo sic, si  
 per conversionem fit terminus ad quem, ubi prius fuit terminus a  
 quo;

a 4. 5. Phys. b Henr. quol. 1. q. 5. Egi. quol. 1. q. 4.  
 quol. 2. q. 17. hoc idem Varro in 4. q. 4. huius materiae.

quo; ergo modus essendi hujus & illius erit similis, ille saltem qui potest esse communis utriusque, sed panis conversus erat hic quantitas tunc sub modo, quia sub quantitate habens partem extra partem: ergo & substantia Corporis Christi, (a) exiens hic, ex vi conversionis, erit hic sub modo quantitativo, habens scilicet partem substantia sub parte quantitatis, & tunc quantitas ejus erit hic propria dimensiva. Alio modo dicitur hic quod pars Corporis Christi non sunt extra se invicem in hostia; quod probatur sic, quia sicut possibile est virtuti divina facere, quod corpus sit simul cum corpore, ita etiam & quod pars una corporis sit simul cum alia; potest ergo tacere partem subintrare partem, & sic ultra subintrabunt se invicem, usque ad minimam quantitatem naturalem, ut hic salvetur veritas cujuslibet partis; & tamen nulla est extensio partis extra partem, sicut veritas unius corporis salvatur, non obstante, quod per subintrationem in alia non sit extra illud. Sed contra, istud non est probabile, quia tollit a Corpore Christi positionem in toto, & omnem figuram quae necessaria forte est ad corpus animatum; si enim non dicitur caput a pede, fed totum subintrat totum, usque ad minimam partem naturalem, jam non habebit ordinem partium in toto necessarium ad corpus animatum, nec figuram.

Dico ergo aliter, quod posito quae est differentia quantitatis, necessario inest quanto continuo permanenti: & istam oportet salvam in proposito, scilicet quae dicit ordinem partium in toto: non est enim bene intelligibile aliquid esse quantum dimensionatum, quia sit signate in toto ordinem hujus partis ad illam secundum quantitatem, vel positionem intersecentem. Positio autem quae ponitur praedicamentum a quibusdam, aliud addit: praesupponit enim ordine partium in toto, posito dicit ultra hoc ordinem partium ad locum, sive ad partes loci, vel locantis, hoc est dicta, quod partes coextendantur partibus loci, sicut totum dicitur primo commensurari toti loco, in quo habet quod, ita quod posito praedicamentum, praesupponit positionem differentiam quantitatis, & specificat ubi. Per modum autem quantitativum, sive dimensionum, quoque modo nominetur non intelligi, nisi positionem dictam secundo modo. Haec autem habitudinem possibile est Deum separare a quanto, nascente etiam positione prima, non solum per negationem terminalem, sicut posset tacere aliquid corpus quantum extra universum, & tunc non haberet istam secundam positionem: quia non haberet aliquid continens, cujus partibus partes consenti commensurarentur, sed etiam posito tertio cui, scilicet praesenti, posset fieri commensuratio, seu coextensio alterius corporis, possibile esset Deum conservare quantum, & coexistentiam ejus ad aliud quantum: & tamen sine illa coextensione partium unius ad partes alterius, quam dicit positio ista, de qua loquimur. Quod proba primo sic: quaecunque natura contingenter

respicit quamlibet formam alicujus generis simpliciter, se habet contingenter ad totum genus: intelligi enim simpliciter, quando non inest accessario ex causa intrinseca, haec videtur satis manifesta, quia si esse natura, & a causa intrinseca determinaret sibi tale genus, necessario determinaret sibi aliquam speciem illius generis, quia una natura non habet intrinseca ad opposita disjuncta necessitatem, quin habeat necessitatem ad aliquod unum illorum. Et per hoc solvitur instantia, quae posset fieri sic: Quia numerus est par vel impar necessario, nec tamen necessario alterum illorum: insatur enim de aliquo communi respectu passionis disjunctae, sed quodlibet speciale necessario se habet ad alterum, sicut ad genus. Nec ista instantia etiam est ad propositum, quia hic non est aliquod subiectum, quod contingenter se habeat ad quaecunque formam totius generis. Et si instes, quia simpliciter necessario est colorata, & tamen contingenter se habet ad quaecunque colorem: non est instantia, quia haec non est necessitas ad inter; non enim posset inventi intrinseca ratio, per quam esset contradictio ex parte simpliciter, si esset sine colore, sicut contingenter est respectu cujusvisque coloris.

Haec majore supposita, addo minorem, scilicet quod corpus se habeat contingenter ad quaecunque positionem partium in loco: patet, quia possum movere corpus meum a quacunque positione ad aliam: ergo corpus habens positionem partium in toto, non simpliciter se habet necessario ad positionem istam, quae est praedicamentum, nec ista coexistentia quanti ad quantum est simpliciter necessaria ratio illius positionis secundae, quia contingit intelligere coexistentiam alicujus ipsi loci, absque hoc, quod intelligatur coexistentia, vel coextensio partium partibus. Haec enim coexistentia est alia ab illa, quam quando se coexistentur: nec ista in ratione sua formalis includit istam: ergo absolute corpus quantum habens partem positionem posse esse sine omni positione extrinseca, & intelligi quantum coexistentiam habere ad aliud quantum, sine ista positione. Et si queras, quid sit hoc, quantum servari sine positione extrinseca, quod non est aliud nisi absolute conservari sine respectu extrinseca adventive. Sic etiam coexistentiam conservari sine positione illa, non est aliud, nisi unam relationem extrinsecam conservari sine alia relatione extrinseca, sicut illa, quae est ubi primo est totius circumscripti ad totum circumferens: sed positio quae dicta est aliud genus superaddit respectum partium ad partes; & quod prius talis, quod includeat secundam, non est, nisi quod sit respectus sit talis, quod includeat divisibilitatem partium, & praesentiam eam partibus locantis; sed coexistentia alicujus totius vel cuilibet parti abstrahit ab ista positione, propter quam ubi necessario habet positionem: ergo simpliciter possibile est illam coexistentiam esse sine positione. Et hoc potest breviter declarari sic: quia positio secunda supponit ubi proprie dictum: ergo si Deus posset quantum conservare sine ubi proprie dicto, posset & sine positione.

Et si dicas bene posset sine ubi, sed non cum praesentia, sive coexistentia

1. a. Guil. Ockam 1. 4. q. 2. hujus materiae in fol. 2. distinctiois  
Lanc. viam sequitur quare antiquos

tia ad aliud corpus, falsum est, nam coexistentia licet sit quanti ad corpus, non tamen formaliter est ubi. Et si obijciat, quod quantitas non potest poni sine respectu istius, quem dicit modus quantitativus, quia non potest esse quantum & aliud quantum, quin sit commensuratum illi: Dico, quod quantitate positam, & terminum bene sequitur aequalitas vel inaequalitas, quae dicit respectum intrinsecus advenientem, sed non necessario consequitur aliquis respectus extrinsecus adveniens: talis est autem commensuratio, ut hic loquimur, vel magis proprie coextensio. Nam si loquaris de commensuratione secundum aequalitatem, vel inaequalitatem, quia scilicet hoc fit majus, vel minus, istam concedo in proposito, quia Corpus Christi est majus hostia; sed non istam commensurationem, quae dicitur proprie coextensio, quae proprie dicitur insularitate partis cum parte.

Ex dictis patet solutio ad rationes principales. Ad primam patet ex primo articulo, quia concedo hic aliquam mutationem, non tantum specierum, quia sume de subiecto sine subiecto; sed etiam aliam, qua sunt praesentes corpori Christi, & cum hoc concedo novam praesentiam corporis ad species, & ad istam est mutatio: & qualis est forma, talis debet judicari mutatio. Vel si non placet uti vocabulo *mutacionis*, dicitur quod aliquis respectus extrinsecus adveniens novus est sine omni mutatione; nec mutari tunc erit ab alio in aliud ite, sicut dicit Gregor. in *Marsilibus*, sed qualitercumque se habeat alter in se vel ad alterum, scilicet tantummodo in se, & ad se, vel ad alterum ex relatione intrinsecus iudicamento adveniente, sed alterum non est mutatio tunc, quia ibi nihil novum adventit ex *Physicis*.

Ad secundum dico, quod modus quantitativus non est passio quanti, sicut risibile hominis; immo est accidens per accidens esse, scilicet respectus extrinsecus adveniens impartibus quanti ad partes alterius quanti.

Ad tertium, concedo, quod pars est extra partem, prout ly, *extra*, (&) respicit per se ipsas partes corporis, & requiritur ad positionem, quae est differentia quantitatis; sed prout *extra* pertinet ad locum, sic pars non est extra partem, idest, non est extra illum locum, in quo est alia pars. Nec ex hoc sequitur, quod totum non sit quantum: quia totum quantum habens eodem modo suas partes extra se invenit in toto, potest habere univiam praesentiam sui, & omnium partium ad aliquod unum (&) extra indivisibile, vel quantumcumque modicum divisibile, ita quod ibi non est alia praesentia alii parti & alia alii.

### QUAESTIO II.

*Utrum idem corpus possit esse localiter simul in diversis locis?*

**A**D secundum sic proceditur. Videtur quod non possit esse idem corpus localiter simul in diversis locis. Primo sic: Idem non

po-

potest referri ad se oppositis relationibus; quia opposita relative includunt contradictoria, sed si idem simul esset in diversis locis, posset dici inferius & superius seipso, & respectu alterius ejusdem, & similiter dextrum; & sinistrum; & sic de aliis relationibus oppositis secundum istam. Item, propinquum & distans sunt relationes contrariae, sicut simile & dissimile; & distans: quod est ita inconveniens, sicut quod idem secundum eandem qualitatem sit eodem simile & dissimile. Tertio sic: Idem temporale non potest esse simul in diversis temporibus: ergo nec idem locale in diversis locis. Quarto, quia idem corpus posset simul moveri, & quiescere, quia in uno loco moveri, & in alio quiescere. Consequens est impossibile, quia subit privative opposita. Quinto, quia idem corpus humanum, ut Christi, posset in uno loco habere operationem sensitivam, in alio non habere: quia in uno loco posset videre corpus sibi propinquum, & in alio non posset idem videre, quia esset distans inopportunitabiliter. Contra, Hugo de Sacramentis parte 8. c. 11. dicit. *Quisfecit, ut unum corpus esset in uno loco, facit quomodo voluit, & si voluisset, aliter posset fieri.*

Hic tenetur a multis conclusis negativis sed diversi diversimode probant. Unus Doctor arguit fieri posset secundum varios modos, si idem esset receptibile illius secundum unum modum; possibile esset fieri secundum quemlibet aliorum modorum: ex parte autem agentis, cum sit infinita potentia, est aequalis possibilitas, ut unum corpus fiat simul in pluribus locis secundum quemcumque modum pluralitatis; sed impossibile est, quod Deo agente, idem corpus sit ubique: ergo simpliciter impossibile est, quod idem corpus fiat simul in diversis locis. Probatio minoris, quia posse esse ubique simul, est proprium Dei. Item, sequerentur plura contradictoria, quia quando ponitur in uno loco, aut habet eandem formam, quam & in alio, aut non. Si sic, & in uno ponatur gelu, & in alio calor; sequitur quod in uno habebit frigus, & in alio calorem. Similiter, si in uno loco non inveniret quid comederet, ibi esuriret, in alio autem inveniens cibum, non esuriret; & in uno loco incurteret ex aeris intemperie inimicitiam, in alio ex temperie sanitatem, & sic esset sanus; & non sanus, vel aegrum; & in uno loco occideretur, in alio non; ergo simul moreretur & non moreretur, quia saltem idem corpus habebit contrarium, eadem sequuntur, quia saltem idem corpus habebit contraria: sed secundum primum membrum utrobique habebit contrarium, secundum aliud membrum autem in uno loco habebit contrarium unum; & in alio aliud. Item, sicut locatum commensuratur dimensionibus loci secundum quantum, & continuum, sic commensuratur secundum unum, & plura; ergo si idem locatum sit in diversis locis, erit simul unum, & plura. Et si insisteret contra secundam rationem, quia ipsa videtur eo modo concludere de corpore Christi in

a. 2. c. 29. *Ubi dicitur specialiter i. c. 33.*

b. Vide *Parro. c. 9. hujus materie optima.*

cruce, & in pyxide, quia ibi vulneraretur; & ibi non. Respondet, quod quando aliquid convenit alicui secundum quod natum est ei convenit, simpliciter convenit sibi, ut si homo est crispus secundum eam, est crispus simpliciter, licet non sit crispus secundum aliam partem. Vulnerari autem, quod includit divisionem continui competit alicui, ut habet esse localiter tantum: & ideo in uno loco fit localiter, & in alio non localiter, si vulneraretur ubi est localiter, simpliciter vulneraretur: si non vulneraretur in alio, non propter hoc non vulneraretur, sed est fallacia a secundum quod ad simpliciter. Sed si ponatur idem corpus localiter, & per consequens dimensionaliter in diversis locis, quidquid natum est agere, vel pati in uno loco, & in alio: ergo & tunc simpliciter habebit oportuna.

Alius Doctor sic arguit: (a) Termini loci & termini loci sunt simul: ergo si locatum est extra terminos sui loci proprii, est etiam extra terminos suos proprios. Adducit etiam de Angelo, quod non potest simul esse in diversis locis; ergo minus unum corpus localiter in diversis locis.

Alius sic arguit: Res sicut per propriam naturam est tantum in una specie, sic per unam dimensionem est simul tantum in uno loco: quia sicut se habet natura ad speciem, sic quantitas ad locum.

Alius sic arguit: Si idem esset simul in diversis locis, aut una mutatione, aut duabus. Non una, quia una mutatio est tantum ad unum terminum. Nec duabus, quia aut eisdem speciei, aut alterius. Non eisdem quia non potest simul idem moveri duobus motibus ejusdem speciei. 2. *Physic.* & 3. *Metaphysic. cap. de eodem*: nec duobus alterius speciei, quia termini essent contrarii, & sic motus incommpossibiles. Item, cujuslibet motus termini sunt incommpossibiles, 5. *Physic.* sed quocumque duo ubi possint esse termini ejusdem motus, quia potest corpus moveri ab uno ubi ad aliud (b): ergo quocumque duo ubi sunt incommpossibilia circa idem corpus. Ergo etiam appeno rationes alias. Prima est, agens naturale non intendit per se corruptionem termini a quo, sed tantum per accidens, quia est incommpossibile termino ad quem & quem intendit inducere: ergo si unum ubi sit incommpossibile alteri ubi, agens naturale non corrumpet primum ubi, ad hoc quod inducat secundum ubi: ergo non faceret corpus in novo ubi absque hoc quod removeat illud aliud ubi, quod habuit prius. Secundo sic incommpossibile est eandem materiam esse simul sub duobus formis substantialibus; sed si possibile sit idem corpus simul esse in diversis locis, sequitur oppositum illius. Probatio motus. Prima est, quia ponatur idem nutrimentum in duobus locis, vel tribus, & a diversis animalibus in illis exierintus comedatur; nutritiva utriusque converteretur idem in substantiam suam, & per consequens

sequens

a. D. Tho. presenti dist. 2. principali quaestione. 3. illius q. 2. ubi. quod 1. q. 1. & quod 2. q. 17. Got. quod 3. q. 4. & Alanus in 1. q. 1. r. 19. ex non habente con. b. l. 26. in prin. etiam ad finem 5. habetur idem.

sequens eadem materia nutrimenti illius erit simul sub diversis formis substantialibus, & animabitur in brevis diversis animalibus sensitivis, & in hominibus diversis intellectivis. Secundo probatio ejusdem motus est, quia posito quod idem lignum sit in diversis locis, & in illis sint duo ignes, agent in illud lignum, & corrumpunt, quia non potest resistere virtuti agentis, & inducent formam ignis; non eisdem cum agentia sint diversa; ergo aliam, & aliam, & in eadem materia, cum materia ligni corrupti fuerit eadem, sicut & lignum idem licet, sequeretur quod quantumcumque parvulus ignis posset comburere omnia combustibilia, quia si habet hic combustibilia proportionatum & ibi aliud, & in tertio loco tertium; poterit hic agere in illud, & ibi in illud & sic simul in infinitis locis, & sic quocumque combustibilia possent simul incendi a quantumcumque parvo igne; sed quocumque virtus quae potest simul in multa passa parva, potest simul in passum magnum integratum ex illis parvis; ergo minimus ignis posset comburere integratum ex omnibus combustibilibus. Quapropter sic, animal habens hic convenienter nutrimentum, nutrirer, alibi vero non habens, non nutrirer ubi, & sic simul nutrirer, & non nutrirer. Quinto sic, quia si in duobus locis haberet convenienter nutrimentum, & succineret utrobique, sequitur quod in duplum nutrirer, vel quod nutrimentum susceptum deperderet, & non converteretur in nutrimentum.

Contra istam opinionem hoc sufficit in generali, quia quodlibet tenendum est esse Deo possibile, quod nec est ex terminis manifestum impossibile, nec ex impossibilitate, vel contradictione evidenter concluditur. Sic est hic, uti patet solvendo omnes rationes supra positas. In speciali autem arguitur per quasdam rationes, quas ille Doctor, cujus rationes primo recitatas sunt, ponit, & nititur solvere. Prima est talis, non minus inconvenientis est duo corpora esse simul, quam idem corpus in duobus locis: sed Deo est possibile primum & sicut patet de corpore glorioso, & non glorioso; ergo & secundum. Major patet; quia Philosophi secundum principia sua omnino ponunt repugnantiam inter duo quantas, respectu ejusdem ubi; sicut alibi & nigri, respectu ejusdem subjecti, sicut patet. 4. *Physic. de Vacuo*: quia quantum, eo quod quantum expellit aliud ejusdem quantitatis, non quia tale, vel tale: & exemplificat de cubo. Minor probatur in resurrectione Christi de dote subtilitatis. Respondet, quod duae dimensiones respondent propter situm localem, & illud tollit duas subtilitatis: sed illud quod est ratio limitationis ad unum ubi, scilicet situs determinatus, non potest tolli per aliquod donum, vel dotem, quia etiam corpus gloriosum habet situm determinatum, vel oportet ipsum esse ita hic, quod non alibi, licet non habeat situm localem quod resistat alteri corpori. Sed contra istud arguitur ex tertia ratione sua, quae est de commensurari secundum multum, & unum, quia secundum illam impossibilitatem erit duo corpora esse simul magis, quam unum corpus in duobus locis; quia aut ideo oportet locatum multiplicari multitudine illa locatum, quae commensuratur locum: aut

pro.

potest alteri rationem specialem. Si propter primam cum æque  
 oporteat loca commensurati locatis, sicut e converso, quia com-  
 munitario talis est respectus communis, tunc sequitur quod ad mul-  
 tiplicationem locatorum, sequitur multiplicatio locorum. Et ideo se-  
 quitur propositum, scilicet quod æque est impossibile duo corpora esse  
 simul, licet idem in pluribus. Si vero propter aliquid aliud, hoc  
 non potest esse, nisi posterioritas naturalis, vel similitudo locali respectu  
 dimensionis locati. Nam prius naturaliter non oportet commul-  
 ticari posteriori; sed posteriori priori; & simul ei, cum quo est similitudo.  
 Sed huius est ratio, manifestum est; quod dimensionis loci sunt poste-  
 riores dimensionibus locati; ergo magis oportet dimensiones loci  
 multiplicari ad multitudinem dimensionum locati, quam e converso.  
 Probatio minoris: Tum quia dimensiones locati sunt eadẽ dimen-  
 sionum loci; quia locatum facit latera continentis distare, & superficiem  
 eius esse in actu. Tum quia prius est quod potest esse sine alio  
 & non e converso: dimensiones autem corporis possunt esse sine dimen-  
 sionibus locatis; patet de superficie primi cæli, non autem e  
 converso; quia non possunt distare superficies locantis absque distan-  
 tia partium locati. Patet etiam per aliud, quia in motu locali quocun-  
 que manet eadem superficies locati, sed non loci; immo comuni-  
 ter mutatur superficies loci mutato locato: & si corpus æquale succe-  
 dit æquali, & similiter figurato, adhuc non manet superficies eadem  
 pæritæ, & circumscriptibens corpus secundum. Et hæc ratio potest sic  
 formari, non tantum contra eum, sed ad præbandum, quod simul  
 potest esse corpus in pluribus locis: duo corpora possunt simul esse  
 ergo idem in duobus locis, simul. Antecedens conceditur ab omnibus  
 Probatio consequentia, quia magis possibile est cum unitate  
 prioris naturaliter stare multitudinem posterorum naturaliter, quam  
 e converso: diversio autem locati prior est naturaliter dimensione  
 loci, ut probatum est nunc. ergo magis possibile est uni corpori lo-  
 cato correspondere plures dimensiones locorum, quam e converso.  
 Secundo sic, Possibile est, quod Deus convertat quantitatem panis  
 in quantitatem corporis Christi, sicut convertitur substantia in substan-  
 tiam. Hoc posito, cum secundum eum, illud in quod aliquid con-  
 vertitur sit ubi prius fuit convertendum, sequitur tunc quod corpus in  
 quod fit conversio; est ubi fuit prius illud quod convertitur: & non  
 potest esse secundum suam quantitatem in alio loco, ita quod q uanti-  
 tas sit ei ratio essendi ibi, licet esset si esset per se terminus conver-  
 sionis; nisi sit ibi localiter secundum eum: ergo illud corpus erit locali-  
 ter, ubi prius fuit localiter convertendum; & cum hoc manet in suo lo-  
 co proprio: conversio autem non auferit terminum, in quem est; a  
 suo loco: ergo simul potest esse localiter in duobus locis. Respondet,  
 quod aut substantia panis manet in tali conversione, & tunc vel affi-  
 citur dimensionibus corporis Christi; & non sequitur, quod corpus  
 Christi sit dimensione in duobus locis, sed tantum in uno: aut non  
 afficitur substantia panis illis dimensionibus corporis Christi; & tunc  
 Corpus Christi non est, ubi est substantia panis; nisi ratione substan-  
 tias

tiæ panis, & per consequens, non dimensione: quia secundum Phi-  
 losophum. i. *Physic.* substantia nullam habet magnitudinem, & sic  
 non erit ibi localiter; & per consequens non erit localiter in duobus  
 locis. Aut: omnino totum convertitur in totum; & sic cum nihil ma-  
 neat, ratione corpus corpus Christi dicatur ibi esse, scilicet in loco  
 conversi, sequitur, quod non erit ibi, quia non sacramentaliter,  
 cum nulla sit sensibilis species: nec e sacramentaliter, quia sic est  
 tantum in cælo. Et præterea cum Corpus Christi non esset ibi dimen-  
 sionaliter, non posset implere locum, quem prius impleverant di-  
 mensiones panis; & ita non maneret ibi capacitas, sed in instanti  
 conversionis partes actus concurrerent, & desineret esse locus qui  
 prius erat: & sic per ipsum non maneret ibi corpus alieius; nec  
 Corpus Christi, sicut nec modo manet corruptus species panis; er-  
 go si adhuc ibi maneret, hoc non esset nisi propter substantiam par-  
 tium aeris, que immediate ante conversionem illius termini tange-  
 bant dimensiones panis: & sic semper maneret ibi Corpus Christi,  
 quia semper manere possent ibi illæ partes aeris. Contra, ratio non  
 videtur solvi; quia converteretur substantia quanta æqualis corpori  
 Christi in corpus Christi quantum. & sicut argumentum, quia illud  
 in quod fit conversio erit quantitative in loco termini conversi & cum  
 hoc etiam erit in loco proprio, ubi prius. Quando ergo responderi di-  
 videndo potest dari hoc membrum, quod totum omnino convertitur  
 in totum; quia non sequitur quod terminus conversionis non sit, ubi  
 prius fuit convertendum; si nihil manet; nisi negetur illa propositio,  
 terminus conversionis est ubi prius fuit convertendum, & forte negatur  
 eam, nisi forte cum ista additione, si illud manet, quod fuit con-  
 verso ratio locandi: & tunc argumentum illud non concludit contra  
 eum, nec etiam de aere æquali conversio in corpus Christi. Nec cu-  
 ro insistere, quia credo, quod illa propositio, cui innititur ratio sit  
 falsa, scilicet quod oporteat terminum conversionis, esse ubi præterit  
 convertendum, sive maneat illud, quod fuit conversio ratio locandi, sive  
 non. Posset dari autem membrum divisionis, scilicet quod quantitas  
 aeris converteretur in quantitatem Corporis Christi, substantia aeris  
 remanente; & tunc posset inseri quod corpus Christi esset sub sua  
 quantitate, & dimensione. Patet etiam quod quantitas eius sit ubi  
 præterit quantitas aeris convertens; ergo Corpus Christi erit ibi di-  
 mensive, & cum hoc erit in cælo. Arguo ergo aliter per aliam ra-  
 tionem ad hanc conclusionem, & si forte sit ad hanc, arguo sic  
 ubique potest Deus facere substantiam naturalem, non sub modo  
 suo naturali, vel sub modo sibi opposito, potest eam facere sub modo  
 suo naturali, seu convenienti sui naturæ. Probatio, quia in fa-  
 ciendo primum est duplex miraculum: unum vero tantum est in fa-  
 ciendo secundum. Sed Deus potest facere Corpus Christi sacramenti  
 secundum omnes, & facit de facto sacramentaliter, id est non sub  
 modo suo naturali simul in diversis locis; ergo potest idem facere in  
 eisdem sub modo naturali, scilicet localiter & dimensione. Neg va-  
 let dicere, quod hoc fit per conversionem alieius in ipsum: quia



conversio alterius in istud non est illi formaliter ratio essendi hinc; Quod patet, quia transiens conversione manet terminus conversionis hinc; ergo sine aliqua contradictione, potest aliquid conteri esse hinc sine conversione aliqua alterius in ipsum. Si dicas, quod conversio ista, ut praeterita est causa istius praesentis. Contra, Deus de potentia absoluta non potest facere conversionem praeteritam non praesentis; ergo de potentia absoluta non potest facere sic praesens non esse sic praesens, quod nihil est. Si dicas: quod species detrahendo post conversionem est Corpori Christi ratio essendi hinc; & ita ad illud esse hinc necessario requiritur conversio. Contra, Species illa non est formaliter in Corpore Christi; ergo non est ratio Corpori Christi essendi formaliter alicuique; & hoc loquendo generaliter de alicui pro quocumque, quod formaliter inest corpori Christi; sed Corpus est formaliter praesens; ergo per aliquid aliud, quam per conversionem, vel faciem conversi, sicut dicit Hugo, qui totum tribuit potentie Dei, sicut Doctor iste nititur solvere. Probat etiam illa prima propositio, quia possibile est novitatem esse circa aliquid posterius absque novitate circa prius; ergo possibile est novam esse formam praesentiam absque omni novitate circa formam substantialem, quae prior est omni tali respectu. Quarto arguo sic, Angelus potest esse simul definitivè in pluribus locis; ergo & corpus circumscriptivè. Consequenter videtur satis manifestum, quia similis habitudo est in utroque; & per consequens similis determinatio ad locum sibi suo modo convenientem. Unde conveniunt negantes consequens, negant antecedens. Probatio antecedentis, Deus potest convertere panem in Angelum, ut prohibetur *de ibi*. 11. & ubi praesentem convertitur, ibi est illud, in quod convertitur, scilicet ubi ratio locationis ipsius convertitur manet ergo Angelus est ubi ille panis sed non potest esse ibi praesens, quin sit in loco secundum modum sibi convenientem essendi in loco: & tamen manet in proprio loco in caelo: ergo &c. Istarum quatuor rationum primam, & tertiam pondero; secunda, & quarta non procedunt; nisi ex quodam praesupposito, quod non credo esse verum; & concluderet tamen contra plures illam praesuppositionem contententes. Ad hoc est intentio Hugo, quem licet iste Doctor nitatur exponere, tamen legenti Hugonem, satis patet, quod totum quod pertinet ad istud distichum, scilicet esse simul in duobus locis idem corpus, attribuit omni potentie Dei, non autem alicui conversioni alicuius in istum terminum.

Dico ergo, ad quæstionem quod est maxima mihi certissima, quod Deo est possibile omne quod non includit evidentem contradictionem; & ad quod non sequitur necessario contradictio, hoc est huiusmodi; ergo possibile est Deo ut patretur solvendo rationes. Dico ergo, quod Deo simpliciter est possibile idem corpus simul facere in diversis locis localiter: hoc patet ex intellectibus terminorum.

Cum enim dico corpus idem simul esse localiter in diversis locis, nihil dico super hoc corpus, nisi quidem respectum extrinsecum adventivum innotatum in uno quocumque alio quatum circumscriptivè respec-

respectum autem talem pluralitari super idem fundamentum ad diversos terminos, non apparet contra aliquid notum secundum rationem, quia respectus intrinsecus adventivus, de quibus vides videtur, possunt pluralitari in fundamento eodem manente ad diversos terminos, ut super eandem abscissam possunt duo similitudines fundari ad duos terminos, ut probatum est *ibid.* 3. *distinct.* 8. Assumptum, scilicet quod ubi non dicit, nisi respectum extrinsecus adventivum ad circumscriptivum, satis patet ex dictis in precedenti quaestione. Et mirum est quod sequentes rationem tantum sequuntur imaginationem, quod quia imaginatio non separat locum a corpore, nec e converso, nec percipit unum pluralitari sine alio, ideo dicitur simpliciter impossibile unum sine alio pluralitari. Sequendo tamen imaginationem, non apparet aliud, fed exclusiva illa imaginatione, quae semper imitans sensibus non aliud apprehendit, & sequendo rationem ex rationibus terminorum, nulla est necessitas, quod pluralitatem uno pluralitatur aliud, ut pluralitatem possideri, non est necesse prius pluralitari: ipsa autem ubi sunt manente posteriora ipso quanto locato, & accidentaliter, & contingenter adventiva. In multis etiam aliis, ubi major est connexio secundum rationem concedimus unum sine altero pluralitari; vix enim est aliqua alia habitudo accidit nihil super fundamento, quam fit ubi; nec aliquis modus essendi in: nec aliquis modus ab; & sic de aliis multis habitudinibus; & tamen in aliis habitudinibus non ita proterve alienatur impossibilitas pluralitatis habitudinum circa idem fundamentum.

Et si in istis, quod verum est, quod plures respectus possunt fundari in eodem fundamento, quando unus eorum non adaequat totum fundamentum; hic autem unum ubi adaequat totam rationem quantum, in quantum locale est. Hoc videtur sine ratione dictum, quia respectus qui oritur ex natura fundamenti, magis videtur adaequare fundamentum, quam ille qui extrinsecus advenit ceteris partibus; sed ad duos terminos possunt esse in eodem fundamento duo tales respectus orientes ex natura fundamenti, ut duæ essentialitates ad duo quanta aequalia; ergo sine ratione fugitur, quod hic unus respectus adaequatur. Confirmatur, quia non magis adaequat quantitatem sua praesentia ad locum, quam adaequat substantiam sua praesentia, sibi convenientem; sed substantia ponitur posse habere plures praesentias etiam primo, cum fit primus terminus multarum conversionum in multis altariibus, & cum hoc tamen est praesens in caelo sub modo quantitativo: ergo &c. Aliqua argumenta sunt facilia, & solvuntur eo modo, quo procedunt in generali. Multa alia sunt difficilia secundum imaginationem, quae procedunt in exemplis supra adductis de calore & frigore, fame & satietate, sanitate & aegritudine, morte & vita, & sic de aliis. Et propositis solvendis non tres propositiones, quarum prima est Quocumque sunt priori essentialiter ipso ubi, non-formiter in unum corpus, quarumvis habenti diversis ubi, nec variabuntur variato ipso ubi, quae vero posterius, vel simul natura, variabuntur secundum varietatem ipsius ubi; Hoc patet, quia prius essentialiter non variatur prop-

ter variationem posterioris, sed posterior bene variatur ad varietatem prioris: & que etiam sunt simul natura cum aliquo, variantur cum illo.

Secunda propositio est. Sicut passum existens in uno *ubi* recipit formam a duobus agentibus sibi lisdem approximatis, sic ipsum in duobus locis existens patietur ab eisdem sibi in illis duobus *ubi* approximatis, & hoc intelligo de passione, que est ad formam absolutam. Hoc patet, quia ad hoc, quod patiens patietur ab agente recipiendo istam formam, non oportet, nisi quod sit in potentia passiva, & agens habeat formam activam, & sint debite approximata, sive in hoc *ubi*, sive in illo sit approximatio, nihil differt quantum ad actionem, que est ad formam absolutam; sed passio posita in duobus *ubi*, ipsam habet eandem potentiam passivam ad formam absolutam, & activam habet eandem potentiam activam, & eodem modo potest approximari sibi, ut est in illo *ubi*, sicut in alio: ergo eodem modo patietur, quantum ad omnem formam absolutam a quocunque activo sibi approximato, sive in illo *ubi*, sive in alio, sicut si tantum esset in uno *ubi*, & esset agens sibi approximatum. Adde autem secundam formam absolutam a qua non oportet quod eadem patietur loquendo de respectivis, que sunt simul natura cum *ubi*: vel posteriora, quia illa possunt variari sicut & *ubi*, ex prima propositione. Verumtamen ibi etiam posset concedi ista secunda propositio, ut patebit in respondendo ad instantias in speciali.

Tertia propositio est: Sicut corpus in uno *ubi* existens se haberet in ratione activi ad diversis sibi approximata in illo *ubi*, sic ipsum ut existens in duobus *ubi*, se habet ad eadem sibi in illis *ubi* approximatis: hoc patet ex probatione precedentis. Ex his ad rationes Doctorum adducas pro opinione negativa. Ad primam dico, quod prima propositio posset ita intelligi, quod esset neganda: absolute enim potest Deus in omnem visionem, & secundum omnem modum visionis, non tamen in quocunque oculo potest causare quancumque; quia non quilibet oculus est susceptivus; sed esto quod loquatur de quacunque forma ad quam equaliter se habet potentia agens de se, & potentia receptivi, quod per istam potentiam aque posset qualibet causari in susceptivo, tunc vera est propositio, quia tam ex ratione activi, quam passivi esset equalis possibiliter. Sed non adhuc sequitur de qualibet divisim & de omnibus simul: quia ex parte Dei, & susceptivi activi & passivi simpliciter est aque possibilis ad omnem colorem, non tamen ad omnem simul; & tunc oportet ostendere, quod corpus ex parte sui est aque susceptivum omnium *ubi*, & duorum, quod negatur ab adversario: tamen ad rem concedo quod ex parte Dei activi, & corporis ut susceptivi, equalis est possibiliter in corpore ad duo *ubi*, que sunt simpliciter distincta, & ad quocunque; & tunc ad omnia. Et cum dicitur per eandem virtutem potest unum corpus habere omnia *ubi*, nec esse ubique, falsum est, & probatio, quia ipsi concedunt, quod Corpus Christi posset ubique esse sacramentaliter: posset enim Deus quocunque Corpus universi convertere in corpus Christi, sicut panem; & ego dico quod non est major limitatio ad esse alibi localiter, quam sacramentaliter.

mentaliter comparando ad potentiam Dei. Quicquid enim potest fieri per causam secundam activam, potest Deus facere immediate: ipsam autem Sacramentum vel ipsum Corpus Christi non est causa corpori essendi hic, nisi sicut causa efficiens, va secunda, quia non tantum causa formalis; probatum est. Et ad probationem, cum dicitur quod esse ubique est proprium Dei, dico quod Deus ex sua immensitate necessario est ubique, quia nullum potest esse *ubi*, in quo non sit secundum potentiam, presentiam, & essentiam; & sic impossibile est aliud a Deo esse ubique; sed non est inconveniens, aliquid aliud a Deo per ejus potentiam esse in quocunque *ubi*, nec per hoc debet dici proprie esse ubique, sicut Deus, quia non est immensus. Ad illud argumentum quod includit multa de illis pugnantibus, patet ex tribus propositionibus; & applico tamen feci: Eilo quod huc est corpori in illo loco approximatum unum agens, scilicet ignis; & in alio loco aliud agens, scilicet aqua, dico quod aut sunt equalis virtutis in agendo, aut unum vincit alterum. Si sunt equalis virtutis, sic ut approximata isti corpori habent unum *ubi*, alterum vel utrunque appetit alterum, ita quod neutrum ageret, vel ageret ad quendam effectum medium, in quo passum nec perfecte assimilaretur uni, nec alteri; sic eodem modo dico nunc, quando sunt approximata eidem corpori in diversis locis. Si autem virtus alterius vincat, vel simpliciter aliter sit sibi passum, vel magis quam alterum; & eodem modo dico, si sunt in diversis locis; quia non est major difficultas hic, quam si ignis & aqua ponerentur simul, quod tamen non negatur posse fieri a Deo: eandem corpus approximatum igni & aque habentibus idem *ubi*: quod enim oportet ibi dicere ad vitandum contraria in passio, hoc facilius, vel aque facile vitare potest quicunque in proposito. De igne, & fatuitate dico, quod foveat esse appetitus calidi & sicci; sic autem appetitus, vel est naturalis, vel voluntarius: sive ergo sic, sive sic, dicit aliquid absolutum. Illud ergo non variatur propter varietatem *ubi* ex prima propositione, & per consequens si hic faceretur, & cessaret appetitus cibi, cessaret etiam in eodem alibi, licet non ex cibo sumpto ibi, quod statim dicitur de morte. Si autem dicitur tamen esse repletionem corporalem stomachi: tunc esset dubium, cum non recipiat hoc ut hic, utrum ut hic esset repletus isto modo; & dico quod non, sicut nec Corpus Christi, ut in pyxide fuisse videtur: quia ista repletio non dicit nisi presentiam alimenti contenti in continente, scilicet stomacho, vel ventre; & sic possibile est quod contenta istud corpus hic & ibi, sine alia, sit possibile est, quod contenta activa istius corporis hic sit alia contentia ejus in alio *ubi*: quia hic nihil absolutum dicit, sed respectum extrinsecum. De sterio, scilicet sanitate & infirmitate, temperie & intemperie, dico quod vel intemperie ageris expellit temperiem in comparatione ad corpus animalis, in quod agit aer temperat vel intemperat: & tunc breviter erit tale, quod natura eorum actionem contrarii impediens, & resistens. Si autem sint equalia in agendo, passum tunc alterabitur in magna proportionem

eodem modo, sicut si diceret, quod sana aura, & infirma simul essent, quod concessit Deum posse; & idem corpus & ider approximatum illi aere, & illi simul. Quartum, quod est de morte & vita, facilitate solvetur, quia intrinsece istorum est aliquid absolute privativum, vel positivum, & per consequens non variatur: propter variationem ubi, secundum primam propositionem; si ergo moritur hic, motus & ibi; sed tamen non sequitur, vulneratur ibi; ergo vulneratur ibi, quia vulneratio dicitur divisionem contineri: ut hic ab aliquo hic dividente; sed tamen est verum, si hic habet v. alius, quod & alibi habet quia sic est discontinuatio partium, quæ sibi est in hoc corpore, & alibi in eodem.

Ad tertium principale hujus Doctoris, dico quod non oportet locum commentari dimensionibus loci secundum unum & multa, ita quod ad multitudinem dimensionum loci sequatur multitudinem dimensionum locati; sicut nec ad plurificationem posterioris sequitur multitudinem prioris, maxime de respectu extrinseco, & iudicamento, sicut tacitum est in arguendo contra primam opinionem. (a) Ad rationem primam alterius Doctoris dico, quod termini unus possunt intelligi simul esse cum terminis alterius, & imitari præcisi & adæquata, vel nec præcisi nec adæquata. Si primo modo intelligatur de similitudine, dico quod major est v. & minor falsa.

Si autem intelligatur de similitudine secundo modo, scilicet non adæquata; tunc major est falsa, quia non oportet illud, quod est extra terminos unius, esse extra terminos alterius quia universali ter si unum excedit aliud, non oportet quod illud quod est simul excedat, sic simul excedit: verbi gratia, si divina secundum terminos suos quiddid-rativos (terminum enim quantitativum non habet) sit simul cum terminis digiti, non propter hoc sequitur, quod quidvis est extra terminos digiti, sit extra terminos animæ.

Ad aliud de Angelo, dico quod conclusio oppositum, sicut ostensum est in quarta ratione contra opinionem. Potest enim Angelus suo modo, scilicet definitive esse in pluribus locis, scilicet per potentiam divinam. Ad aliud alterius Doctoris, dico quod illud simile non tenet; quia natura una est ratio formalis essendi in una specie; sed dimensio non est ratio formalis proxima essendi in loco; sed tantum ratio fundamentalis. Illa tamen potest esse una licet respectus sint diversi; sic autem species similes non possunt plurificari in eodem, nec similitudo.

Ad aliud alterius Doctoris dico, quod si remanet in eodem ubi, in quo prius erat, potest acquirere novum ubi unica mutatione, & duabus mutationibus.

Et si queras, ille mutationes, aut sunt ejusdem speciei aut, non. Derunt unum, vel alterum, non curo. Si cum arguis, dux mutationes ejusdem speciei non sunt simul in eodem, dico, quod non est incompossibile.

possibilitas mutationum, nisi est incompossibilitate terminorum, vel locorum secundum quos sunt. Primo ergo oportet probare incompossibilitatem duorum ubi, quod nego, quare non est incompossibilitas duarum hujusmodi mutationum.

Ad aliud ejusdem Doctoris, cum dicit, quod termini mutationis sunt incompossibiles, dico quod verum est de primis terminis, non autem de terminis concomitantibus. Intelligo autem quod primi termini cujuslibet mutationis sunt privatio, & forma, & conversio: concomitantem autem qui junguntur terminis prædictis. Unum veritatis ergo concedo quod privatio, & forma sunt incompossibiles, sed concomitantia possunt esse commensurabilia verbi gratia. In mutationibus substantialibus si ponatur unia forma in animato, corpus organicum præcedit animationem, quæ est terminus ad quem; quæ non est per se terminus a quo corpus organicum, sed ipsa inanimatio; quia mutatio est inter illam inanimatam, & animationem: licet autem inanimatio & animatio sint simul incompossibiles, non tamen corpus organicum & animatio. Eodem modo in corruptione, si manet eadem forma corporis, quæ prius fuit terminus a quo per se, scilicet forma, cuius privatio succedit, ille non manet; sed terminus concomitans sitam, per se terminus a quo, manet. Eodem modo in augmentatione, si ponatur tota quantitas præexillens manere, manet totus terminus a quo positivus, qui est concomitans privationem, quæ est per se terminus a quo; & conversio in diminutione manet quantitas positiva aliqua, quæ prius; sed non idem per se terminus a quo. Similiter in alteratione secundum intensionem, & remissionem: & eodem modo dico de motu locali: quod non est contra traditionem, quod motus acquisitivus sit sine perditivo; & tunc cum termino ad quem non manet per se terminus a quo, qui est privatio, sed manet ille terminus, qui est quasi per accidens, & quasi concomitans communitur per se terminum. Ad propositum ponatur hic esse tantum motus acquisitivus novi ubi, sine motu perditivo, illa autem non manet cum termino ad quem; sed hic nullus est terminus concomitans per se terminum a quo; quia talis non est, nisi ubi sunt duo motus, vel mutationes concomitantes; & per se terminus unius est per accidens terminus alterius.

Ad rationes per me appostas, ad primam dico, quod per illam potest probari quod duo corpora naturaliter possunt esse simul, quia agens naturale non intendit corpus suum expellere, nisi inducat aliud corpus: si ergo non esset repugnantia duo corpora esse simul, tunc movendo hoc corpus ad illud ubi, non expelleretur aliud corpus; & movendo hoc corpus ad illud ubi, simul, quia ergo conclusio manifestum natura potest facere duo corpora simul, quia ergo conclusio manifestum inconveniens, dico, quod aliqua sunt repugnantia respectu virtutis create, & limitate, super quorum similitudinem non potest creata virtus activa, quæ tamen non sunt simpliciter incompossibiles. Exemplum, Virginem parere, ita est natura create impossibilis, facere, sicut duo corpora in eodem loco, & unum corpus in diversis

super que non potest virtus creata simul: que tamen non includunt contradictionem simpliciter, ut visum est, ideo sunt possibilis Deo. Ad secundum, dico, quod potest concedi, quod si illa materia corporis locati in duobus locis transmutatur a duobus agentibus ad duas formas, non esset novum miraculum; sed tantum per antiquum miraculum esset proportionata ad recipiendum actiones illorum agentium. Dico tamen aliter, quod si idem ponatur esse in duobus locis, non sequitur, quod eadem materia duobus formis informetur simul substantialibus, neque eisdem speciei, neque alterius. Eodem quidem modo potest argui de hoc, & de alio, si agentia ponantur eisdem speciei, vel alterius. Ad exemplum de alimento dico, quod idem fieret de alimento sumpto a diversis in diversis *ubi*, quod heret, si illi duo stomachi fuerint in eodem loco, & cibis ille esset in utroque: tunc enim aut totaliter virtus una vinceret aliam, & totum converteret in suum corpus; vel essent virtutes aequales, & tunc aequaliter converterent de alimento, hæc in suum corpus, & illa in suum: vel essent inæquales, non tamen una omnino vinceret, & tunc fortior plus converteret in suum corpus, & alia debilior minus converteret. Eodem modo, sicut habetis dicere ibi de stomachi antipulum simul existentibus, & cibo recepto in utroque: ita dico hic iuxta illam propositionem secundam supra positam.

Per illud ad aliud de ignibus approximatis uni ligno in diversis *ubi*, etiam dico, quod haberet idem dicere, si duo ignes per potentiam Dei essent simul, & approximati illi ligno.

Et si quaeras, quid esset dicendum, nonne tunc oporteret, quod lignum converteretur in ignem, vel in quem & a quo? non enim magis ab uno, quam ab alio, quia sunt aequales: non in unum, quia duo sunt agentia & totalia: non autem possunt esse duas cause totales eisdem esse effectus: Dico, quod vel eundem ignem generarent perfectiorem, & sic esset effectus divisibilis secundum perfectionem, si forma substantialis potest habere partem, & partem, sicut diceretur de calore; si vero generarent, eundem effectum indivisibilem omnino generarent, tamen eo modo efficiendi, quo neuter illorum posset esse causa totalis effectus, quia post ita brevem alterationem, quae non sufficeret ad ignitionem ab altero istorum præcisè agente, & tunc illa propositio esset vera, quod duas cause totales totaliter causantes non possunt esse eisdem effectus. Ad aliud dico, quod animal existens in aliquo *ubi* sine nutrimento, nutritur ibidem, dum tamen idem animal susciperet alimentum conveniens in alio *ubi*, quia est motus localis nutrimenti ad stomachum non sit idem hic, qui ibi (nec mirum, quia ex quo *ubi* est aliud, & motus localis ad *ubi* potest esse alius) tamen conversio nutrimenti in substantiam alendi, est eadem hic, & ibi: quia illa conversio est generatio partis substantiæ istius nutriti; & tota substantia nutrita, & qualibet pars prior est ipsa *ubi*: nec ergo variabitur ad variationem ejus, scilicet *ubi*. Et cum additur, si utrobique haberet alimentum sufficiens, in duplo nutritur. Dico quod vel utrobique susciperet totum illud alimentum, & per

con

consequens superflueret, quia ejus mediocritas sufficeret ad nutrimentum ejus; vel in uno loco susciperet partem, & in alio aliam, & utrobique sufficeret nutritur. Patet ex prædictis.

Ad aliud de modico igne, quod combureret omnia combustibilia. Dico per propositionem tertiam, quia si ponatur ignis in uno loco, & multa combustibilia sibi habenti illud *ubi* tantum approximata, quod dicerem tunc de igne respectu illorum, sic dico nunc, quia vel in alio quod illorum ageret præcisè, vel si in quolibet, esto, quod omnia essent simul, ageret tamen valde remissè in ea. Eodem modo dico in proposito, quod actio erit remissè in quolibet illorum respectu actionis, quam haberet in unum illorum, si in nullum aliud ageret: nec mirum, quia virtus naturalis minor est in plura, quam in pauciora, & in multa, quam in unum. Ad illud de diversis figuracione dico, quod licet figuratio videatur esse qualitas, tamen consequitur ipsum *ubi*. (a) Ad aliud de toto & parte, dico, quod pars extra totum nihil habet, quod non habet in toto; illa enim actualitas quae attribuitur parti extra totum, & non in toto, non est nisi præcisio. Sed contra, quia continuitas est forma absoluta, & per consequens prior est ipso *ubi*, ergo non potest esse idem corpus in loco illo continuum, & alibi non continuum, & per consequens nec hic pars, & ibi non pars, eo modo quo continuatur alteri dicitur pars.

Responsionem quærit.

(b) Dicit potest quod duplex est figura, quaedam est forma absoluta, & illa est de genere Qualitatis forma, vel circa aliquod constans figura, & ita non sequitur *ubi*. Alia est figura, quae est situatio partium in loco & in continente, & illa est forma respectiva consequens ipsum *ubi*, & sic procedit argumentum. De hoc tamen dist. 12. q. 4. respondendo ad quæst. ibi. Sed de figuracione alia & alia videatur &c.

Dico ad argumenta principalia. Ad primum dico, quod multi concedunt relationes oppositas posse esse simul in eodem, dicentes idem, & secundum idem esse principium agendi, & patiendi. Sed ad propositum non oportet incidere in istam difficultatem; nullus enim negat, quin relationes oppositae possint inesse eidem secundum diversa fundamenta, utpote quia secundum aliquid sit majus, & secundum aliud minus: & hoc vel respectu sui, vel alterius; *ubi* autem in toto corpore aliud & aliud est posterius & anterior, superius & inferius; unde mediante illo *ubi*, tanquam fundamento alio & alio, non est inconveniens corpus habens *ubi* superius & inferius, esse superius & inferius. Nec mireris respectum superioris & inferioris fundari in *ubi*, licet *ubi* sit respectus, quia potest bene unus respectus fundari in alio respectu, ut cactum est supra.

A4

a. Hæc argumenta non posuit supra forma ea ut sit.  
b. Additio. B. aliqui dicunt, quod Scotus istam replicam reliquit in solutum quia vult quod concludat, unde quæst. sequentis, & infra artic. quæst. 2. cap. 2. q. 4. de hoc.

Ad aliud, (a) dico quod relationes contrariae in genere bene possunt inesse eidem secundum diversam fundam aetate, sicut idem potest esse simile alicui secundum albedinem, & dissimile eidem secundum scientiam: propinquum autem & distans inanduntur in corpore ubi, quia ipsum *ubi* ejus est propinquum, & distans: ergo si aliud est *ubi* propinquum, & distans, possunt eidem corpori convenire, sicut conveniunt duobus *ubi*, quae conveniunt illi corpori, & sunt fundamenta propinquantia & distantia. Ad tertium dico, quod si idem temporale non potest esse simul secundum tempus, id est, eadem temporali- tate, ut ita dicam in diversis temporibus, sic nec idem locale potest esse simul secundum locum in duobus locis: si autem accipiat in antecedente *quasi* secundum tempus, & in consequente *simul* secundum locum, valet consequentia, vel propositio: quia ita debet similitudo temporis comparari ad tempus idem circa temporale, sicut similitudo loci ad eundem locum circa locale. Concedo ergo, quod unica locatione, quod est dicere esse simul secundum locum, non potest esse idem locale simul in duobus locis. Potest autem haec ratio reduci ad partem oppositam, licet sophisticè, sic: idem locale simul, id est in eodem loco existens, potest esse in diversis temporibus ergo & simul tempore potest esse in diversis locis. Solvant istud sophisma, & solvent argumentum sumum, si forte repugnet, quod habeat evidentiam.

Ad aliud, quod idem moveretur simul, & quiesceret: dico secundum primam propositionem illarum trium, quod cum moveri, vel quiescere secundum locum sit simul *cum ubi* vel posterius, idem variatur ad variationem *ubi*, & ita potest in uno *ubi* quiescere localiter, & in alio moveri: quia quiescere hic localiter, nihil aliud est, quam habere continue idem *ubi*, quod prius: & ibi moveri nihil aliud est quam habere aliud, & aliud *ubi*. Sicut autem esse possibile quod idem corpus habeat hic permanenter *ubi* unum, & aliud ibi: sic possibile est, quod permanenter habeat hic unum *ubi*, & alibi plura successively.

Eodem modo dicendum est de partibus totius, si fiant instantia, quia possibile est quod hic omnes partes totius quiescant in toto, & ibi aliquae moveantur ut manus, vel pes, quia omnia ista consequuntur *ubi*, puta hoc & illud. Et si arguas, ergo ut est in uno *ubi*, possit moveri ad seipsum, ut est in alio *ubi*, & ita accederet ad illud *ubi*, in quo jam est: & tunc, vel expelleret seipsum de alio *ubi*, ad quod accedit, & tunc esset impossibile sibi ipsi secundum *ubi*, sicut aliud corpus; vel non expelleret, & tunc deberet habere illud *ubi* virtute propria, accipiens tantum illud *ubi* quiescentia. Vel faceret se; ut habens aliud *ubi* cum seipso, & ita quasi duo corpora simul. Similiter, si esset animatum, possit seipsum movere pellendo, vel trahendo, & possit idem homo habens mille *ubi* lacere choreas,

&amp; ma-

<sup>a</sup> De characteribus quibus idem habet in 1. distinctio, q. 1. & 5. distinctio q. 5. & in hoc 4. distinctio, 12. q. 1.

& maximum exercitum in campo, & multa alia quae videntur mira, & iterum loqui, & tacere, & disputare cum seipso.

Dico, quod hoc sunt pariter, & imaginationem sensal incontinentem sequentia: Si enim quaeratur ratio eorum, de quibus arguitur, nulla est difficultas maior, quod corpus moveatur ad illud *ubi*, in quo quiescit quam ad aliud *ubi*: & tunc cum perveniret ad illud *ubi*; dico quod idem corpus expellet se de illo *ubi*; in quo quiescit; nisi forte illa virtus agens, per quam habuit aliud *ubi*, deinde consecraret ipsum, ut aliud ubicatorem; & tunc non haberet, nisi tantum *ubi*, quod habuit prius quiescens: sed prius non habebat illud ut terminum sui motus; imo o desinet secundum *ubi*, quod habebat in motu: habere autem quodcumque *ubi*, sive ut in motu, sive in termino motus, nihil facit ad variationem, vel multitudinem absolutam, quae sunt in re. Per hoc patet de chorea, & bello, confabulatione, & disputatione cum seipso, quia si loqui dicit actum imaginationis, vel intellectus, ille quidem ubique est idem ubiqueque tunc loquens; in autem non est nisi formatio vocis per instrumenta naturalia in aere percussio, & quidem aliter erit aer contiguus organo vocalibus in aere *ubi*, & alius in alio *ubi*: & alio quod idem aer sit, moveri tamen poterit hic localiter aer, & ibi non; & sic in illo formatur vox, & in illo non; & in illo loquitur, & in illo tacet: & in illo tenet tenorem, & in illo quintam, & ille atrescat aetern extra aquam existens, & idem existens in aqua non poterit atrescere, sed non submergeretur hic, quia alibi habet aetern attractum refrigerantem ipsum. Ita etiam concedo, quod ut in uno *ubi* poterit movere corpus suum, ut est in alio *ubi*, pellendo, vel trahendo: quia propter identitatem corporis non aueritur ratio motus, nec motus ab ipso. Et si arguitur sic, si moveretur, ergo non quiescit: si quiescit, ergo non moveretur: ergo si simul moveretur, & quiescit, simul moveretur & non moveretur, simul quiescit, & non quiescit. Respondo, in respectibus oppositis non sequitur absolutam affirmatio, & negatio, sed tantum secundum quid; sicut non sequitur, est similis & dissimilis: ergo est similis, & non similis; nam antecedentia verificantur, si intelliguntur respectu diversorum. Si enim est similis huic, est similis; & si est dissimilis illi, est dissimilis; sicut philosophus arguit in praedicamentis cap. de quantitate, quod si aliquid est magnum, ad hoc est magnum, & si parvum, ad illud est parvum: & ex hoc inierit quod magnum est parvum non fuit contraria, quod non tenetur, nisi magnum ad hoc inierit magnum, & parvum ad hoc inierit parvum. Eodem modo hic moveri in hoc *ubi* in re quiescere, & moveri in hoc *ubi* in re moveri: tamen ille affirmationes non inveniunt illas negationes, puta quiescere, non moveri, moveri non quiescere: immo est fallacia consequentis, quia antecedens verificatur in respectu ad unum terminum, & consequens negatur in respectu ad alterum, immo est ultimum argumentum dico quod omnis alius inmanens qui inest illi corpori in hoc *ubi*, in seet ibi in quocumque *ubi*, licet non in seet ibi, ut in illo *ubi*, & de hoc dixerunt in 2. articulo

istius

*istius distincti. quest. 2.* Sed nuncquid sanguis, vel spiritus, vel similia que non sunt de veritate nature humane, essent eadem hic, & ibi, solvetur ubi dictum est nunc, scilicet *artic. 2. quest. 1. hujus distincti.* que tamen erat in ordine *quest. 4.*

### QUESTIO III.

*Utrum Corpus Christi possit esse simul in celo, & in Eucharistia?*

**A**d tertium sic proceditur, & arguitur, quod Corpus Christi non potest simul esse in celo, & in Eucharistia. Primo, per illud Augustini. & ponitur de consecr. *dist. 2. prima heresi.* Corpus Christi sursum est, & in uno loco esse oportet. Secundo sic, quia formalis ratio essendi in loco est quantitas, secundum Philo. 4. *Physic. de Vacuo.* Sed non potest aliquid pluraliter non pluralitati ejus locali ratione: ergo quantitate Corporis Christi existente una non potest ipsum esse, nisi in loco uno. Tertio sic, quæcumque uni & eadem tunc eadem, nisi inter se eadem; ergo quæcumque uni & eadem sunt simul, inter se sunt simul; ergo si corpus esset hic, & ibi, tunc illud quod esset hic cum eo, & illud quod alibi est cum eo, essent simul; sed consequens est falsum, quia alterum potest esse Romæ, alterum Parisi; ergo &c. Quarto sic, quod distat ab aliquo, est aliud ab eo, quia nihil distat a seipso, sed Corpus Christi, si esset in Eucharistia distaret a seipso in celo; ergo esset aliud, & aliud. Probatio majoris, quia distantia includit discontinuitatem: unitas autem quantitatis continet continuitatem; ergo distantia repugnat illi unitati, & per consequens ponit pluralitatem.

Quinto sic, quia possit tunc simul moveri, & quiescere, quia Corpus Christi in celo quiesceret, in Eucharistia autem moveretur ad motum Eucharistia, secundum illud Philosophi. (a) *Motus habet in moverent omnia que sunt in nobis.* Oppositum patet, quia Corpus Christi est in celo, secundum illud Augustini. *Donec finiatur seculum, sursum est Dominus;* & ponitur de consecr. *dist. 2. prima heresi;* & est vere in Eucharistia, ut patet in *1. q. hujus distincti.*

Conclusio est contra quilibet *dist. 2.* ut ostensum est. 1. *q. hujus distincti.* (b) sed unus modus potest esse talis, scilicet quod per conversionem alterius in ipsum potest illud corpus esse alibi, quam in loco suo naturali, quia ubi præiuvit conversio, ibi est illud, in quo conversio est, non localiter, sed sacramentaliter: & hoc modo, scilicet sacramentaliter, corpus Christi potest esse alibi, & in pluribus locis: non autem localiter nec dimensivè, quia localiter esse, includeret contradictionem, sicut possit sunt rationes eorum in præcedenti questione: (c) sacramentaliter autem non includit contradictionem, quia ipsum non est ibi secundum leges loci; sed tantum illud, sub quo est sacramentaliter.

Sed

Sed contra, hæc argumenta tacta sunt aliqua in præcedenti questione improbando istam conclusionem communem. [Manifestum enim videtur, quod conversio non est formalis ratio corpori essendi hic, nec ut patens, quia ipsa transiente manet corpus hic: nec ut est præterita, quia tunc non potest Deus facere corpus suum non esse hic, sicut nec conversio in præteritum non esse præteritum. Nec etiam illud quod vocatur Sacramentum, scilicet species, sunt ratio formalis corpori essendi hic, quia non sunt formaliter in corpore Christi, nec per eas aliquid inest formaliter corpori Christi. Ex hoc arguitur, Deus potest facere in creatura aliquid sine eo, quod non est sibi formalis ratio essendi, nec aliquid modo de essentia ejus; sed nec conversio, nec Sacramentum est formalis ratio Corpori essendi hic, nec aliquo modo de essentia ejus; ergo Deus potest facere Corpus esse hic sine utroque istorum. Item, non est major repugnantia Corpus Christi esse simul cum substantia panis, quam quantitate ejus, quia non magis substantia repugnat substantiæ, quam substantia quantitati, quoad talem similitudinem: sed Corpore Christi existente in celo potest Deus facere idem corpus simul cum quantitate panis secundum omnes; ergo potest facere idem simul cum substantia panis quanta, & per consequens sine conversione. Hoc quantum ad primum dixerunt, que tacta sunt. Si etiam illa substantia panis quanta ponatur Sacramentum, adhuc contra eos: quia sicut supra ostensum est, factus est facere corpus esse alicubi cum modo suo naturali, quam sine: sed cum substantia panis quanta potest Deus facere Corpus suum modo sacramentali, idem non naturali: ergo, & modo naturali. Et si dicas ad primam rationem, quod relatio non potest fieri sine proprio termino, sicut nec sine fundamento: proprius autem terminus istius præsentia est aliquid Sacramentum, id est, aliquid sensibile replens locum, cum quo, vel sub quo corpus Christi esset, non localiter. Contra, Non magis impossibile videtur Corpus Christi esse cum illo, quam cum isto: ergo non magis repugnat esse cum substantia panis, quam cum quantitate, ut dictum est, & sic de quocumque alio a se, & tunc ultra. Si potest autem esse alibi, quam ubi est sub modo non naturali sibi: ergo & sub naturali, Hoc contra secundum. Dico ergo, quod ponendo conversionem in proposito, de qua dicitur *distincti 11.* & ponendo, quod hic sit aliquid signum sensibile continens vere corpus Christi hic præsens, quod sensibile dicatur Sacramentum, quod quidem verum est, scilicet corpus Christi de facto, hoc est, post consecrationem, vel conversionem esse sub Sacramento: non tamen sic, quia possit esse non per conversionem, nec sub Sacramento, loquendo de quocumque sensibili determinato, non video, sicut arguitur est in questione præcedenti. Et forte illi, qui negant Deum posse facere corpus suum in pluribus locis aliter, quam per conversionem sub Sacramento, negant etiam hoc, nisi quia fides dicit hoc. De modo autem isto essendi, scilicet, non quantitative, vel non dimensivè, vel localiter, non video, si potest fieri idem in pluribus locis non sub modo naturali, quin etiam possit

hæc

a 2. *Topic. 6. 21.* b *D. Ibo. præsentis dist. q. 1. sol. 1. arguo.*  
c *q. 1. hujus distincti.*